

*Sola Scripturarum.* Pro lege, omnium Exemplarium Mss. libri ante nos editi retinent verbum *lingua*.

## EPIST. LIV. AD FURIAM.

*Genuinus infingit.* Mss. codices duo, genuinus *li-* ter infingit; alii duo, *sermo genuinus infingit*; cæteri sex vel octo retinent lectionem editorum librorum.

*Ubiuque viderint Christianum.* Hæc est genuina lectio Hieronymi, ut exploratum nobis est ex Ep. 19, alias 23, ubi Latine idem affertur proverbium, *impostor et Græcus est.* Confer utramque Epistolam, quia in eis multa similiter dicta invenies de muliere, *vocant impostorem, detrahunt.* Nihil tale reperitur in codd. Mss.

*Exit fama de mendacio.* In pluribus Exemplaribus Mss. *Exit infamia, etc.*

*Viperinis orbitibus.* Hic similiter legunt, *viperinis coloribus.*

*Tacentia aufero voluptatum.* Quamplures Mss. codd. *incentiva aufero voluptatum.*

*Stultus sapientior erit.* Marianus legit *stultus sapientior erit.* Hoc quoque legunt plures Mss. codd. sed ex sensu verborum Hieronymi, Erasimianam retinendum lectionem.

*Quod augustinus urbe Ramana.* Formula usitata Hieronymo, qui Bethleem vocat Roma augustiorum propter Christum Ducem et Imperatorem nostrum. Vide Præfat. Comm. in Ecclesiasten, Præf. in librum Didymi de Spiritu Sancto, etc.

*Ut venefica, etc.* Marianus alium habet in hisce verbis ordinem, sed sine codd. Mss. auctoritate.

*Quidam imperite.* Inter alios sanctus Ambrosius libro de Viduis.

## EPIST. LV. AD AMANDUM.

*Reperi junctam Epistolæ.* Qua auctoritate Erasmus et Marianus mutare voluerint ordinem et seriem contextus hujus Epistolæ, nullus video; cum omnes Mss. codices serie perpauca et consona hic retineant, *Reperi junctam, etc.*, et infra tertiam Questionem sive extremam propositionem de resurrectione.

*Utrum mulier relicta.* De Fabiola id forte intelligendum, de qua suo loco dicemus.

## EPIST. LVI. AUGUSTINI.

*Fratri et compresbytero Hieronymo Augustinus.* Hanc salutationem retinent omnes Mss. codices; sed Corbeiensis noster num. 567, addit in fine vocem *Presbyter.* Et revera tunc temporis non erat Episcopus sanctus Augustinus, sed Presbyter duntaxat.

## EP. LVII. AD PAMMACHIUM.

*Ἀβερύμαστον Πάμμαχον.* Excusandus utcumque Erasmus est, quod obtruderit in hunc Hieronymi locum, Græcum atque Latinum contextum falsum; nam ipsi erroris occasione præbuerunt Mss. codices nonnulli hoc modo legentes: *ἀβερύμαστον πάντων,*

quod interpretantur Latine, *honestum curibus ornatum.* Erasmus itaque ad normam Græci sermonis restituerit voluit eadem verba eundemdem sensum; ideo sine scholis hæc nobis edidit, *ἀβερύμαστον πάντων, id est, reverendum curibus omnium, nobis hæc transferre.* Idem legitimus apud Marianum Victorium; doctus autem Gravius in Annotationibus lectionem hanc sequentem indicat ex vetusto Exemplari 3 *ἀβερύμαστον πάντων.* Sed ne longum faciam, false sunt ac depravate hujusmodi lectiones; vera et genuina, quam e quoque vel sex Exemplaribus antiquis manuscriptis restitimus. Eandemque indicare videntur verba præcedentia, *pro honorabili dixisse, charissimum; et multiplex interpretatione, quod nefas dicti sit, ἀβερύμαστον πάντων noluisse transferre.* Accusabant ergo Hieronymum, quod verba honoris gratia dicta Joanni Jerosolymitano, id est, *honorabilem, et reverendissimum Patrem,* noluisset transferre.

*Faciunt ne intelligenda.* Ex Prologo Terentii in Andriam sumpta hæc sunt; significantque Gallico sermone, *ils font fort les entendus, mais ils n'y entendent rien.* Aliqui *ne* scribunt cum diphthongo; sed in Mss. codicibus *ne* scribunt reperio.

*Ἀρροβιάδα.* Latine scribitur in Mss. codicibus *laprodelati.* Exscriptor Codicis sancti Theodorici ignarus hujus sermonis, aliam finxit vocem, quam intelligebat: *Respondent ergo dillosati et fastidiosii, etc.* Sunt autem *tegodelati* quasi vocum artifices opifices. Vide Ciceronem in Oratore et Platonem in Phædro.

*ELI ELI.* Quia Matth. cap. 27. vers. 46. legitur: *Eli, Eli, lama sabachthani,* exscriptores nonnulli pro *lama azabthani* Hebræo et Hieronymiano, posuerunt in hac Epistola *lama sabachthani.* Sed retinenda lectio meliorum et plurium Mss. Codicum, ubi legitur *azabotani,* sicut in Psalmo 21. *non sabachthani* quod Chaldæum est.

*Tamen jure.* Marianus putabat legendum, *vires obtinuit,* sed frustra; nam Mss. retinent *jure obtinuit.* E contrario de Aquile versione dicitur, *jure proicitur a nobis.*

*Quis enim.* Hunc locum depravatisime editum apud Erasmum et Marianum, primus restituit eruditus Gravius, non imperita præsumptione secundum sciorum recentiorum morem, sed subsidio veterum Codicum manuscriptorum quibus religiose ac prudenter utebatur. Hujus scriptoris fidem atque diligentiam imitatus, nonnulla supplere curabo in eadem restitutione prætermissa ab ipso vel mutata. Totus itaque locus ex novem Mss. Codicibus a nobis sic integre restituitur: *Quis enim pro frumento et vino et oleo, possit vel legere, vel intelligere, χεῖμα, ἄσποστον, εὐκέρεια, quos nos possuntis dicere fusionem, pomationemque, et splendentiam. Aut quia Hebræi non solum habent ἄρροβ: sed et περιβρα, ille κερύβρο, et syllabas interpretatur et litteras; dicitque τὸν τὸν εὐκέρειαν καὶ τὸν τοιοῦτον: Quod Græca et Latina lingua omnino non recipit? Hujus rei exemplum ex nostro sermone capere possuntis, etc.* Quisquis ista contulerit cum veteribus Editionibus, liquido pervidebit nec verba, nec Hieronymi

sensum in eis fuisse positum. Ait igitur sanctus Doctor: Num quia Hebræi in sua lingua habent non solum articulos, sed litterarum etiam annexiones, Aquila prosclytus et contentiosus interpres debuit illa *artha* et *proartha* reddere?

*Dicit ἄρροβ.* Nescio cur Erasmus et Marianus hinc quoque depravare voluerint contextum Hieronymi, legentes *ὄρροβ:* non *ὄρροβ:*; cum sic legamus in cunctis Mss. Exemplaribus; et *ὄρροβ* plerumque dicitur de opinione arroganti et stulla, quam aliquis de se concepit.

*Ad ceroma.* Ceroma unguentum est quo athlete ungebantur ad palestram, cui certamini hos est ineptissimus.

*Melanii magistorum ejus.* Sic legit codex Cluniacensis, alii *Melaniz,* ut jam observatum est supra in I. Epistola.

*In quibus loquendi, etc.* Hanc sententiam Erasmus male editam pejori illustravit scholio. Omnes Mss. verum Hieronymi sensum ac verba retinent. Cæterum multa prætermissimus sine scholis et annotationibus, ne videamur eruditi lectoris memoria: atque diligentibus diffidere.

## EPIST. LVIII. AD PAULINUM.

*Bonus homo.* In decem vel duodecim Exemplaribus Mss. hujusmodi Epistola iste titulus est et epigraphæ: « Incipit Epistola S. Hieronymi ad Paulinum Presbyterum de institutione Clericorum vel Monachorum, et de divinæ Historiæ expositionibus diversis. »

*Surgite abeamus.* In cœnaculo Christum fuisse, quando hæc verba locutus est, manifeste probatur ex Evangelica historia; sed, cum de Judæis a Deo derelictis disputaret Hieronymus, et duo testimonium ad probationem conjungat, quorum unum in Templo dictum non dubium est e capite 24. v. 1. Matthæi, potuit consequenter dicere hæc verba Christum in Templo fuisse locutum ad discipulos et ad Judæos, qui in Templo confidebant. At si cui non placet hæc interpretatio, voluerique legere in cœnaculo, ostendat etiam quomodo ad Judæos in cœnaculo dicere Christus potuerit, *Relinquetur vobis domus vestra deserta.* Ex hoc loco facile defendo nostram annotatunculam in Commentariorum in Isaiæ caput primum, quam eventuatam habet reliquos curiosos lector in Appendicibus apologeticis hujus Tomi.

*Peregre vivere.* Hæc est lectio omnium Codicum Mss. quam non intelligens Marianus mutavit in *periculosos vivere.* Peregre autem vivere significat cum animi distractione vivere propter secularium consortis et colloquia.

*Domus adhuc canis.* Omnes Mss. Codices hanc retinent genuinam lectionem; editi legunt, *domus nondum canis, etc.*

## EPIST. LX. AD HELIODORUM.

*Cœlesti Jerusalem.* Quod in cœlesti Jerusalem visa sint post Christi resurrectionem corpora Sanctorum, id affirmat Hieronymus vulgatum secutus opinionem, qua credimus Christum in cœlum adduxisse Sanctos qui secum resurrexerant, quando secundum

Matth. cap. 27. visa sunt corpora multa Sanctorum, qui dormierant in sancta civitate, et apparuerunt multis. Atamen in Epistola Paulæ et Eustochii ad Marcellan, res eadem videtur minime probata, dicunt enim: « Nec statim Jerosolyma cœlestis, sicut perlique ridicule arbitrantur, in hoc loco intelligitur; cum signum nullum esse potuerit apud homines Domini resurgentis, si corpora Sanctorum in cœlesti Jerusalem visa sunt. »

*Quam varia lingua.* Ex octavo Æneidos Virgilio libro hæc adduxit: *Incitant victæ longæ ordine gentes.*

Quam varie linguis, habitis, tam variis et armis.

*Quas nationes fidei.* Ita legunt vetustiores Mss. Codices: alii cum editis, *quas nationes sub Crucis titulo dedicavit.*

*Bessorum feritas.* Qui sint Bessi et Pelliti populi non fuit compertum docto Grævio. Ego vero non dubitaverim fuisse populos Thraciæ, de quibus Ovidius hæc habet libro sexto Tristium:

Vivere quam miseram est inter Bessorque Getasque.

Deinde libro quarto de Ponto, Elegia 10, Getas vocat *Pellitos,* quia scilicet pellibus tegebantur ad arcendum frigus, sicut et hodie populi septentrionalibus: Bessorum feritas quoque notis nobis est ex Diomede rege Thraciæ, qui cum equos suos humana carne aleret, ab Hercule victus, equis suis in pabulum est objectus. Vide eundem Ovidium in Ibin, et 9. Metamorph. Inferiæ porro mortuorum, ait Servius, sunt sacra mortuorum quæ inferis solvuntur. Unde Virgilius 10. Æneidos:

Viventes rapit, inferias quos immolat mibis.

*Dare etiam inferias manibus dixit Ovid.* 5 Fastorum, et *mittere inferias extincto alicui.* 11 Metam. *Sacrare umbris æternas inferias,* Stat. lib. 3. Inferiæ igitur orant sacra mortuorum, ab inferis dicite. Sane, inquit idem Servius, mos erat in sepulchris fortium captivos necari: quod postquam crudele visum est, placuit bastiadores ante sepulchra dimittere, qui a bustis, bastiarii dicti sunt. Pro *manibus* et *umbris* Hieronymus videtur hic accepisse *inferias:* Virgilius pro *victimis* lib. 11. Æneidos:

Vixerat et post terga manus, quæ miseret umbris

Inferias, omni quæstus sanguine, stans.

*Ubiuque cum.* In quibusdam Exemplaribus emendatores Codicum manuscriptorum posuerunt: *Ubiuque cum quæveres, in Ecclesiâ invenires.* Idque secutus est Erasmus et post eum Marianus Victorius.

*Imo minus regi quam Episcopo.* Hæc est genuina lectio in omnibus veteribus Exemplaribus Mss. In Cluniacensi manus recentior mutavit ordinem verborum, *imo minus Episcopo quam regi.* Sed prima lectio vera et germana est, ut ex consequentibus verbis liquido demonstrari potest. Editi falsatam retinent lectionem.

*Hic servituti donatur.* Plures Mss. Codd. *hic servitute dominatur.*

## EPIST. LXI. AD VIGILANTIUM.

*Justum quidem fuisse.* Permutata addita reperio in Mss. Codice Cluniacensi, ut hic statim ab initio,



utile quidem justumque fuerat, etc. Infra ad quæ Græcæ retinet interpretationes, quæ in aliis Exemplaribus non comparant.

Τὸ συμπέτρῳ κρᾶσι. Cluniacensis Codex addit interpretationem Græcorum verborum hoc modo: Τίβι soli licet τὸ συμπέτρῳ κρᾶσι, id est, sapientissimo cerebro, de cunctis, etc.

Ἦσαν τὴν ἀρᾶν σου. Hic omittunt editi voces Latinas, parvulorum quoque voce cantatum, quamvis legitur in cunctis Exemplaribus manuscriptis. Codex vero Cluniacensis partim Græcis litteris ita totum locum retinet: Ἀλιότῳ προσφέρῃν ΜΑCΑΝ ΤΙΝ ἈΠΙCΤΙΑΝ CΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΠΗCΟC ΤῶΝ ἐπιπέτρῳ πρᾶξι τῆς αὐτῆς τρῶπης, parvulorum quoque numero portatum, et eorum voce cantatum. Sed, etc. Solum hunc habet contextum depravatam; alii pene omnes legunt τροτασορῶν, forsitan pro τροτασορῶν, id est, trophæum gestantem. Unus Colbertinus legit τροτασορῶν pro voce τροτασορῶν a nobis retenta. Est autem sensus iste Hieronymi: Christiana verecunda teneo, ne preclata tua facinora et pompam trophæorum tuorum proferam, sicut de viris fortissimis cantant parvuli. Quod ironice dixit sanctus vir, ne turpia cauponis facta coegeretur suis exprimere nominibus.

Ἀναδύσῃς sermone. Hoc verbum non significat incoaditum vel incompositum, sed non connectum, non coherentem; vel proprie ineptum, et non convenientem. A themate ἀρᾶς vel a verbo ἀρᾶ; non vero ab ἀρᾶς, ut Erasmus docet in scholiis.

Προῦβηθιον ἑὸς λόγῳ. Perperam mutant hoc loco proverbium Græcum veteres Editiones, ubi legitur ἑὸς ἀρᾶς λόγῳ, istius ad ἑὸς. Vera itaque ac genuina lectio retinetur in omnibus Mss. Codicibus, nempe ἑὸς λόγῳ, vel ἑὸς λόγῳ. Sed ex ipso Hieronymo retinenda prior lectio ἑὸς λόγῳ, astio ἑὸς, subaudi superflue canit, ut habet idem Hieronymus in Epistola ad Marcellam: Quos ego cum possem meo iure contemnere (Astio quippe lyra superflue canit), tamen ne nos superbia etc. Codex Cluniacensis. Verum est illud apud Græcos proverbium, astio lyra superfluo cantu ONCACAIPA. Dicit ergo Hieronymus proverbium illud Græcum aptissime quadrare in Vigilantium, cui etiam nomen sit impositum per antiphrasin, quia Dormitantius magis dicendus erat quam Vigilantius. De hoc presenti proverbio multa habemus in Chlidibus Erasmi, sive in libro Adagiorum. Consultet qui voluerit.

EPIST. LXIV. AD FABIOLAM.

Perversus est ordo Epistolarum ad Fabiolam in antea editis libris; nam ea quæ est de quadraginta duabus Mansionibus filiorum Israel in deserto, prior posita in eis legitur; cum tamen sit posterior et ordine temporis et materiarum genere, respectu scilicet voluminum Mosaicorum quorum seriem imitatur in disponendis hisce Epistolis Criticis veteris Instrumenti. Quia igitur liber Exodi, ubi de vestitu sacerdotum Moyses loquitur, prior est libro Numerorum, cuius ultimam partem ediderit Hieronymus in Epistola de XIII. Mansionibus, rectum iudicamus eam prius edere, quæ prior ab Auctore scripta

est, ac de iis quæ leguntur in Exodo diligenter pertractat. Præterquam quod et ipsemet eundem ordinem sequendum docuit in Epistapho Fabiola, ad Oceanum.

Pectore et ventre. Editi, pectusculo et ventre: Regius Ms. 3993, et alter Abbatie celebris Cluniacensis, et armo dextri pedis et ventre.

Ἐπιπέτρῳ. In omnibus Mss. codicibus, appellatur ἐπιπέτρῳ, id est additamentum. Servata voce et casu immutato scripturæ Græcæ LXX Interpretum, pectusculum additamenti, etc.

Confossus. Variant in hoc verbo Mss. exemplaria, alia confossus, nonnulla defossus, reliqua confossus. Consequenter etiam legunt curamus et currimus.

Sepius sunt. Editus Mariani et Mss. aliquot, insignes sunt. Postea duo Romani seu Vaticani 342, et 343, semis nariibus.

Pretium æqualiter offertur. Eodem sensu legunt quamplurimi Mss. codices, omnes pretium æqualiter offerunt.

Christi Dei super eam est. Omittunt editi nomen Christi, quamvis sit in omnibus nostris Mss. exemplaribus.

Crateras. Unus codex manuscriptus sancti Theodorici prope Remos, cantaros, scyphos.

Patuerit ornatus. In editis et aliquot Mss. libris, ornatus. Consequenter etiam nonnulli legunt fenoratus; et verecunda pro verenda.

Dirigendo jaculo. Nonnulla exemplaria Mss. cum editis retinent hoc loco, dirigere jacula, tenere clypeum, enseis librare.

Epistola scripsisse me memini. Vide infra Epistolam ad Marcellam, quæ incipit, Epistolare officium; numeraturque 130 in antea editis.

In modum caracallarum. Caracalla genus dicitur vestis barbaricæ, unde nomen Imperatori Antonio Septimi Severi filio, ut in ipsis refertur vita.

Vel patriam demonstraret. In aliquot exemplaribus Mss. vel patriam de patria demonstrat.

Liquorem tucenire non potui. Erasmus sic monet in suis scholiis sive annotationibus, Ligurium. Haud dubium est, quin Liguorius sit legendum. Hieronymus ingenue fatetur se genuum hanc non potuisse reperire apud Auctores, qui de his tradiderunt; nec mirum est hominem tantulum suffragie lapillum cum aliquoties non videamus et id in quod incurramus. Quamquam meminit Liguorius Theophrastus in libello περὶ τῶν ὕδρων, et hunc secutus Plinius libro trigesimo septimo, cap. IV. Hanc ferunt nasci ex urina lyncis, unde et nomen habet. Ἀρῆ animal est, ὄστρος urina. Ea protinus concrecit in gemmam. Sed invidium animal protinus egestam urinam terra operit, ne possit ab homine inveniri, ad multa efficacis medicamentum. Valere enim in eliciendis vesicæ calculo, et adversus morbum regium, si gestetur, aut ex vino bibatur. Non est dissimilis electro, sive snecio. Non enim solum attrahit festucas et lignum, verum et ferrum, si sit genuinus. Theophrastus hujus rei citat auctorem Dioclem. At Plinius neutri credit hæc quidem in re, et negat unquam hoc nomine gemmam visam.

Coccus igni et atheri. Plures Mss. coccus igni et

aeri. Deinde omnes legunt seni et διαρροῦν, pro sen et διαρροῦν librorum antea editorum.

Id est terra. Dissonant hoc loco codices manuscripti, alii, quod terra constringitur; nonnulli, id est terra constringitur; unus Cluniacensis emendatus, eo quod terram constringat.

Terra per eam deputatur. Editi antea libri, terra per eam deputatur. Ms. Cluniacensis, per eam deputatur.

Ἐπιπέτρῳ. Plures Mss. legunt ἐπιπέτρῳ.

Evangelia. Ita legunt omnes codices nostri Mss. et ita legendum docent sequentia verba in uno quatuor, et in quatuor singula; hæc enim de Evangelii merito dicuntur, non de quatuor animalibus Apocalypseo, licet et ipsa symbola sint quatuor Evangeliorum sive Evangelistarum. Eras. et Marian. retinent animalia.

Doctrina et veritas. Hic quoque addunt, manifestatio vel, etc.

Demonstrarem. Cluniacense exemplar aliud habet hoc loco, scilicet: Singulis comparentur; longi temporis erit. Sed sufficit quod sanctus, etc. Codex unus Ms. S. Romæ, plenus quasi memoror.

Sufficit quod et sanctus. Alter S. Theodorici, plenus quasi demorarer, etc. Regius supra memoratus, plenus quasi demonstrarem. Sed sufficit quod sanctus, etc.

Puritatis seminum. In antea editis puritatis ac feminum, vel puritatis feminum. Consequenter etiam legunt, puritatem solum conscientia novit.

Ad superiora retrahor. Exemplar S. Theodorici, ad superiora trahor.

Si a vobis. Idem hoc loco legit: Sed a vobis propter celebritatem ubi si fuerit inventus, etc.

EPIST. LXV. AD PRINCIPIAM.

Sacci penitentiam, etc. Sine Hebraicorum Nominum libro nequaquam intelligitur iste locus; sed facilis est ac perspicuus ubi scieris, Magdalenam turritam; et Damascus sanguinem sacci significare.

Unam perduellem. Erasmus male legit, et propter unam eam perdere vellet dux exercitus Iob, murosque ariete quateret, etc. Hæc et similia bene multa castigavit Marianus in Editione Erasmi, quem et in suis Notis sic reprehendit: Viginti, inquit, et septem errores ex hac una tantum, ut videt, Epistola expunimus.

Filiorum Core. In Notis nostris super Hebræo Hieronymi Psalterio legitur, qui commutabuntur filiorum Core, intelligentiæ Contium pro dilecto; quia et antea editis libris verba illa reclarivimus. Nunc vero veterum Editionum errores castigamus ad fidem quamplurimum Mss. codicum Epistolæ ad Principiam Virgineæ.

Competentius disputatur. Ex hoc male probant nonnulli Hieronymum edidisse Commentarios in omne Psalterium; cum non dixerit sanctus Doctor se disputasse de Psalmo 41 sed quod competentius de filiis Core in Psalmo 41, disputetur.

Adolescentis oratio est. Quamvis somnia libri 3 Esdræ alibi repudiaverit S. Hieronymus, eodem tamen hic utitur, quia passim apud viros Ecclesiasticos legi solitus fuit.

Formosior sit. Veteres Editiones legunt cum particula negativa; non quo divinitus Christi hominibus comparata non formosior sit. At genuinus sensus sancti Doctoris est, pulchritudinem Christi quæ omnes superat, non esse referendam ad ejus divinitatem, cui nulla creatura ne aliquid creatum potest comparari; sed ad pulchritudinem virtutum in sacro et venerando corpore Salvatoris nostri. Tollenda igitur erat negatio, ne sensum falsum efficeret; quam nos quoque indubitanter sustulimus ad fidem exemplarium Mss. quæ non legunt particulam negantem.

Gentilis quoque error. Astræam, Palladem et Dianam armatas finxit error Gentilium.

Potentissima populi. Superfluum idem verbum antea jam damnavit in Epist. ad Sun. et Fret.

Deo posuimus. Ita legunt Eras. et Marian. similiter. Mss. Codices absque Deo; quod tamen necessario suppleendum videtur, ut appareret Hieronymum propter intelligentiam possidisse in vocativo casu, Deo, eius illud Latina lingua non recipiat.

Et odii iniquitatis. Erasmus cum paucis exemplaribus Mss. et odium iniquitatis.

Pholius opprimitur. Opprimitur in hoc loco Pholius, quia Iesum Christum ex Maria solommodo editum fuisse asserabat; cum ex hoc versiculo manifestissime appareret eum Deum esse, et a Deo Patre unctum præ participibus suis.

HALOTH legitur. Manuscripti codices legunt Aloth et Heloth. Utrunque legi potest ex ipso Hieronymo; ille enim supra docuit Quæstion. Hebr. in Genesis, idioma esse lingue Hebraicæ pro ה he scribere et per a legere; sicut et contrario x a litteram per he pronuntiare. אלוהו igitur, haloth optime legitur iuxta illud Hebræorum idioma, vel more consueto Aaloth, aut Ahaloth.

De templo dentium. Ridelicam lectionem sequentem posuit Erasmus a Mariano castigatus, de templo videntium.

Ἐπιπέτρῳ Παλαιστίνæ. Quamplures Mss. retinent gixon et gyxion pro Ἐπιπέτρῳ, id est, patriam.

Σύκωνος, id est, etc. Marian. hoc sequenti scholio locum illustrat: pro quo Aquila ἰσχυροῦν, id est concubinum, ἰσχυροῦν falso legebatur antea, masculinum enim generis ea vox est. At nec ἰσχυροῦν, nec ἰσχυροῦν gentiliam vocem σύκωνος. Vox autem σύκωνος, de marito et de uxore dicitur; et generalius sumitur pro concubine vel pro concubina.

Septem quippe. Idem lib. 2. Comment. in Jeremiam, cap. 10: « Septem nominibus apud Hebræos appellatur arum; quorum unum Ophaz עֹפָאז dicitur, quod nos dicere possumus arbrum. » De quo ita disputat Joannes Duns Scotus Observationum lib. iv. cap. 45. Septem nominibus arum appellari apud Hebræos annotat Hieronymus. Jer. 10, et in Epist. ad Principiam, sed ea nomina quæ sint, nec ipse usquam annotat, nec a quoquam, quod sciam, adhuc annotatum fuit. Ego autem qui operæ studeique in iis quaerendis aliquantum posui, ac, nisi fallor, inveni, puto me operæ pretium facturum fore, si ea hic enumerem, ac cum studiosis haurerum litterarum



ingenue communicationem. Primum igitur nomen occurrit *Zahab*, commune ad omne auri genus. Alterum est *Phaz*, sive *Opiaz*; quod genus auri Græci *κίρρο* vocant, ut Hieronymus ait. Tertium *Horus*, sic dicitur quod e terra *excindatur effoliaturque*; nam *HARAS excindere*. Quartum *Chethem*, quod tamen Aquila apud Davidem *שׁוֹמֵר* exposuit. Quintum *Ophir*, cupus appellatio a loco unde afflatur: ab eoque obryzum quasi Ophyrsum, si credimus Hieronymo. Sextum *haser*, Job. 22. 24. Septimum *Segor*, quod Camius interpretatur dicens esse aurum purum purum. Hucusque Drusus, et eum secutus Auctor Critice sacre, parte 4. pag. 53. seu Waserius de antiquis nummis Hebræorum lib. 4. cap. 4. Sed notandum nomen sextum *baser*, Job. 22. 24, nequaquam purum expressum esse ab Hieronymo; ideoque aliud requirendum, ut *septem* inveniantur auri vocabula. Occurrunt vero quinque pariter Jobi capite vigesimo octavo, nempe commune ad omne auri genus *רֹדֶן zahar*, v. 1. et 6. Secundum deinde nomen est *סֵגוֹר Segor*, v. 15. Tertium *כֶּתֶם Chethem Ophir*, v. 16. Quartum *פַּז Phaz*, v. 17. Quintum *חֹרֵץ חֹרֵץ Chethem lakor*, v. 19. Quibus si addas nomen *חֹרֵץ horus*, Jobi 41. v. 21. et *אֹפִיר Ophaz*, Jerem. cap. 10. v. 9. completus erit numerus septem nominum quibus aurum appellatur apud Hebræos. Præter ista auri vocabula legitur *כִּיבָר* *maheba* a radice *כִּיבָר* *zahab*, quod aurum significat, sive potius aurum quod pendebat vestigales et tributarij. Sed de auri nominibus satis superque.

*Diaboli nati estis*. Ita legunt omnes Mss. codices antiqui et optimæ note. Marianus legit, *vos ex patre diabolo estis*, juxta Vulgatam Latinam hodiernam, ac fontem Græcum *ἐστὶ*, id est *estis*. *Apostolo dimittat*, etc. Cave ne hunc Apostolum putes unum ex duodecim quorum Catalogus reperitur apud Evangelistas; sed intellige discipulum cui Christus dixit Matth. 8. 22: *Sequere me, et dimitte mortuum sepelire mortuos suos*.

*Κερατάν*. Pessime editi antea libri posuerunt hic *κερατάν*, cum Mss. exemplaria retineant vel *KPATEAN* mendosum, aut *KPATIAN* genuinum verbum et incorruptum. Ex nostra igitur Editione presentis restituerunt veteres Interpretationes Aquilæ, Symmachi et cæterorum, ut manifestius apparebit in peculiari Tabula quam dispono ad complementum hujus Tomi secundi.

*Εσθλον*. Quampropositi ac defendi conjecturam in Epistola a me ad viros doctos et studiosos edita cum Prodromo divi Hieronymi, nunc falsam agnosco mo nitus et adjutus aliquot exemplaribus antiquis Mss. ubi *εσθλον* scriptum legitimus, non *εσθλον* corruptum aliorum codicum, quæ ego secutus in errorum prolapsum sum. Sed de *Esehon* consequenti verum dixi, et nihil me fecellit, cum ita legendum doceant tam Mss. codices quam Editio Romana LXX Interpretum ac Psalterium *Εσθπιϋμ*, in quibus retenta est vox *Esehon*, quæ secundum Hieronymum interpretatur *capitulum*. Marianns et Erasmus mendose ac falso posuerunt *εἰς εσθλον* pro Hebræo *Esehon*.

*Dies mundi*. Dies unus pro mille annis si sumatur secundum opinionem veterum Hebræorum, qui pu-

tarunt sex millibus annorum mundum permansurum, manifeste Hieronymus hoc loco eandem sententiam allegorie pronuncere videtur. Vide infra Epistolam ad Cyprianum.

*Et totum Canticum*. Non legitimus Opus illud aliquando ab Hieronymo editum fuisse.

#### EPIST. LXVI. AD PAMMACIUM.

*Ex arce cognominæ*. Apud Hebræos arca dicebatur gloria, id est *כְּבוֹד Chabed*, 1. Reg. 4. *translata est gloria Domini*. Unde nomen accepit *Ichabod* *יְחָבֹד* quasi dicat *non gloria*.

*Ferventes Mammos*. Falso addiderunt Erasmus et Marianus nomen *Buricos* ante vocem *Mamos*. De ejusdem contextus depravatione vide Notas nostras Tom. II, in caput 10 Ecclesiaste.

*Amos tibi semper*. Hic pro nomine Amos Marianus legit *Amor* contra fidem omnium Exemplarium; sed si meminisset eorum quæ Hieronymus habet in caput 1. Amos, forte mutasset sententiam. Consulat Lector curiosus Commentarios in Amos, col. 1371, novæ Editionis, et subito lectionem conficiat a Mariano abjicere gaudebit.

*Euge noster*. Sic legit Codex Ms. Monasterii S. Theodorici prope Rhemos; alii vero: *Euge noster, initia transgredieris*. Marian. *Euge nostra initia transgredieris*.

*Primum sequoris Patriarcham*. Errore librarium male in editis libris legitur sine distinctionis puncto, *primum Patriarcham Loti*.

*Unita discindimus*. Eo modo legitur in Mss. Codicibus; editi libri vim sententiæ dejectes, legunt *unita dissuimus*.

*Fervorem fervori augeam*. Hoc quoque retinent cuncta Exemplaria vetera Mss. Erasm. et Marian. id mutatur in *fervorem favore augeam*; quod sane a sensu verborum Hieronymi longius distare perspicuum est.

#### EPIST. LXIX. AD OCEANUM.

*En consurgit mihi*, etc. Ita Codex Claniensis; alii autem retinent: *Et consurgit me*. Infra similiter legunt, *inseri corporibus, pro inhære corporibus*, quod idem Codex Clun. retinet.

*Nosti problema tuum*. Codicem Collegij Navarrici Parisiensis hoc loco secuti sumus; ceteri legunt in hunc modum: *Quorsum ista nosti problemata*; sed codex Cluniacensis castigatus hic legitur, cum prius habuerit *problema tuum*.

*Sed Scottorum*, etc. Lege ista in Libris contra Jo-  
vinianum, et corruptelas veterum Editionum fatari cogaris.

#### EPIST. LXX. AD MAGNUM ORATOREM.

*Cretenses semper mendaces*. Verba Græca in editis libris falso posita abieci.

*Confabulationes pessimas*. Sic Mss. codic. refinent; editi, *colloquia prava*.

*Conto ita perfoesus accepit*. Codex Cluniacensis, *conto illico perfoesus*, etc. Sed ex Chronicis Eusebii legendum *conto ita perfoesus*. Alii cod. Mss. *contumelia perfoesus*, quod nihil est aliud nisi corruptum *conto ita*.

*Qui origines hæresim singulararem*. Putidus certe hic est error Erasmi et Mariani legitimum: « Qui Origines hæresim singulararem venena, ex quibus Philosophorum fontibus emanarint, multis voluminibus explicarunt. » Quasi Irenæus et ceteri veteres Origene, multis voluminibus ejus hæreses singulas exposuerint. Itaque hunc locum prodigiose contaminatum restitui. *Origines hæresim* ponendo, pro *Origenis*; atque verbum venena omitiendo, quod non legitur in Mss. codd.

#### EPIST. LXXI. AD LUCINIUM.

*Quis dabit mihi pennas*, etc. Superflue contra fidem Mss. codd. hic addita sunt isthæc in libris editis: *Quis dabit mihi pennas sicut columbe, et volabo et requiescam*, ut inveniat quem diligit anima mea. Vere nunc in te sermo Dominicus completus est: *Multi ab Oriente*, etc.

*Tantis fructibus approbavit*. Absque sensu legentibus ante nos Erasm. et Marian. *tantis fructibus approbavit*.

*Auratum inter innumera*, etc. Aurata piscis est exquisitus, sic dictus propter colorem auri in squatis

#### EPIST. LXXIII. AD EVANGELIUM.

Editi libri non *Evangelium*, sed *Evagrium* posuerunt. Omnes autem Mss. codices retinent *Evangelium* vel *Evangelum*. Eodem nomine vocabatur postea Episcopus Illyricus. Vide Baron. ad annum Christi 516. Porro Opusculum missum ab Evangelio superest adhuc in Appendice Tom. III. novæ Edit. Operum S. Augustini.

*Αὐθόρμηον*. Nullum exemplar habuimus Ms. in quo conexiva particula *καὶ* legatur; unde manifestum nobis videtur additam esse apud Erasmum et Marianum *ἀνόρμηον ἀίστορον*.

*Et περιελάθων miscere tractatus*. Castigat hoc loco Erasmus Marianus, ostendens legendum *περιελάθων*, non *περιελάθων*, ut voluit Erasmus, cui profecto nullatenus favent Mss. codices; nam illi retinent Mariani lectionem ac restitutionem. Est autem *περιελάθων* tractatus, quasi tractatus *amator querelarum*, sive *querulus*; eo quod præbeat occasionem offensionis et controverſiæ.

*Prima homiliarum Origenis*, etc. Sic legunt vetustissimi, codices non pauci Mss. et Editi veteres libri. Erasmus et Marianus cum aliquot exemplaribus manu ecaratis « Statimque in fronte Genesios in prima Homiliarum Origines reperi scriptum de Melchisedec. » At lucidior sensus apparet in illa lectione quam restitimus.

*Apollinarem quoque*. Multum discrepant ab hoc sensu editi libri Er. et Mari. legunt enim, *Apollinarem quoque nostrum et Eustathium, qui, etc.* Sed præferenda lectio nostra; neque vero hæreticum hominem nostrum appellare ac dicere potuit Ecclesie Catholice Doctor maximus. *Nostrum* igitur de Eustachio intelligimus, quia fidei Catholicæ strenuissimus fuit assertor magnus ille Eustathius Antiochene ecclesie episcopus, qui in Concilio Nicæno contra Arium, atque in suis Opusculis clarissima tuta

bellicum cecinit. Cæterum nomen Eustathii omnino depravatum legitur in plurimis Mss. exemplaribus, ubi dicitur *Eustatius, Eustachius et Eustochius*. In codice denique manuscripto Monasterii sancti Cygiranii ita scriptum reperio: *Apollinarem quoque martyrem et nostrum Eustasium*. Nonnulli codices consequenter habent, *qui prius... Episcopus fuit et contra Arium*, etc.

*Mediano filio*. Pro *mediano filio*, duo codices Mss. legunt, *a majori filio*, alter, *a minore filio*. Deinde omnes Mss. *typum Salvatoris præbuit et populi Judæarum*, omisso nomine *Cham*, quod tamen necessario subintelligendum est et retinendum. Vulgo *use Dorade*.

*Ne perdat quem invenerat*. Pulcherrimus hic est sensus, quem veteres Libri editi abstulerant ponendo, *ne perdat quod invenerat*.

*Περατῆς*. Omnes Mss. codices legunt *perotes*, unde apud Erasmum et Marianum *περατῆς*; sed genuina lectio est *περατῆς*, ut exploratum nobis est et Septuaginta Seniorum translatione, eque libro Hebraicorum Nominum.

*Canonem Hebræicæ Veritatis*. Tunc temporis non dum in Latinum sermonem translaterat Iobus Mossis, Josue, Judicum et Ruth et Esther. Porro Canonem hunc Hebræicæ Veritatis integrum editimus in primo Tomo hujus Editionis. Consulat qui voluerit Prolegomena nostra et Añnotatunculas in Genesim, in Josue et in Ruth.

*Scriptores evaris auctoribus eviderè*. Ita Exemplaria Mss. editi male legunt masculino genere *aliorum pro aliarum*, id est *traditionum*.

*Quod diebus festis*, etc. Erasmus et Marianus, *quod Dominicis diebus jejunandum putem*. Omnes Mss. codd. retinent quod editi. Vide supra contra Luciferianos Hieronymum.

*Quas super historica*, etc. Hanc explanationem petierat Episcopus Amabilis. Vide V. librum Commentariorum in Isaiam.

*Sacerdotis Filii Dei*. Manuscripti non pauci, in *typum præcessisse sacerdotii Filii Dei*.

*Et brutorum sanguinem*. Vitiosus est nullum hic locus in editione veteri Romana et in Erasmiana, quam merito reprehendit Marianus; etsi invenitur in aliquot Exemplaribus Mss. ad hunc modum: « Et brutorum sanguinem, eorum animalium exta, id est, quidquid super escam est suscepit. »

*Et in interpretabilis*. Tria exemplaria Mss. et interpretabilis, juxta editionem Vulgatam nostram Latinam.

*Pulices*. Editi libri Eras. et Marian. *vermiculis et culicibus*; sed reclamant fides omnium codicum Mss. quorum haud pauci legunt etiam consequenter, *scientiam inscientia*.

*UMELCHISEDECH*, etc. Nullum fore in hac pericope recitata existat verbum, quod non sit corruptum apud Erasmum et Marianum, et contra antiquum Patrum consuetudinem positum. Non enim exemplaria Hieronymi manuscriptorum sequenda sibi proponunt; sed regulas hodiernorum Grammaticorum longe diversas ab usu veterum Hebræorum, qui pu-



atque Ecclesiasticorum Scriptorum. Itaque sic voluit Hieronymus legisse: « Umalchizedech melech Salem hoxi lehem vaian, vehu cohen leel elion; vaie-barchehu vaioam baruch Abraham leel elion kone Samaiam varez: ubaruch et elion escher migen zadecho baidecho Editione lo maeser nichol. » Qui hæc contenderit cum vitæ nostræ, falsum ubique comprehendit Hieronymum Erasmi et Mariani, ac prorsus Imperitium lingue Hebraicæ, utpote qui legat זאדכו *zadecho*, Daleth pro Resch; et hanc vocem *zadecho* interpretetur *inimicus tuus*; cum significet *verius latera tua*. Hieronymus igitur legit *sarach* et *bidach* more Chaldaeis; nam Targum Onkelos hunc locum Genesios 14, 20. reddit *sarach* et *bidach*, *hostes tuos in manu tua*. Vide infra similem lectionem in Epist. ad Sun. et Pretel.

## EPIST. LXXIV. AD RUFFINUM.

Diverse inscriptam reperi hæc Epistolam in exemplaribus Mss.; sed omnia constanter retinent hæc voces ad *Ruffinum Presbyterum Romæ*. Unde manifestissime comprobatur istum Ruffinum Romanum Presbyterum fuisse, non Aquileiensem Hieronymo tandem infensissimum hostem. De eodem Ruffino Romano ita scribit ad Aquileiensem Hieronymus, Epistola nunc 66. « Sanctum quoque Presbyterum Ruffinum ob quamdam causam per Romanam Mediolanum misimus, » etc. Codicum porro Mss. titulus cæteros omnes complexus, hic est: Epistola S. Hieronymi ad Ruffinum Presbyterum Romæ, de iudicio Salomonis in sectione parvuli.

*Falso rumor*. Manuscripti plures *falsorum ore concelebrat*; errore quidem facili; sed omnibus manifestum.

*De nobis*. Ita legunt cum Erasmo Mss. codices octo aut decem. Marianus Erasmo sæpius iniquus legit, ad *corruptionem nostram*.

*Generavit filios fornicationis*. Quamplures Mss. codices ita legunt; alii *generavit*; quod magis probatur apud Marianum.

*Funiculum et pavi gregem*. Hic quoque *funiculos*; pavi *funiculum* retinent cum Mariano.

*Quæ concepit me*. Omnia fere exemplaria Mss. quæ *concepit me*; Editi, *quæ me genuit*.

*Si velim per singula currere*. Editi, *si velim singula percurrere*.

*Iterum quæ legi*. Horatianum est istud comma; nam Horatius Satyrarum libro primo, Satyra decima sic habet:

Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sicut  
Scripturæ; neque te ut miraris turba labores.

*Caninum libenter vidi*. Quinque Mss. codices pro *Caninio* legunt *Caninum*.

## EPIST. LXXV. AD THEODORAM.

*Nequaquam suspiciens*. De portentosis hæc nominibus vide Hieronymum contra Vigilantium, item in cap. 64. Isaie, in cap. 3. Amos, in Naum, et ad Hedibiam. In Mss. codicibus constanter legitur *Armazel* pro *Armagil*.

## EPIST. LXXVI. AD ABIGAUM.

*Denique quosdam*, etc. Democritum intellige et ejus discipulum Metrodorum. Cicero Lib. V. de Finib. et Tuscul. Quæst. Lib. v. Hieronym. Lib. II. adversus Iovinian. Tertullian. in Apologet.

## EPIST. LXXVIII. AD FABIOIUM.

Quamplurimi Mss. codices hanc sequentem præse ferunt epigraphen: *Incipit de Mansionibus Israeliticis populi*. Unus Colbertinus recentior: « Incipit libellus S. Hieronymi de XL duabus Mansionibus Israeliticis populi, compositus in memoriam Fabioli. » Corbeiensis vetustissimus infans multopere laudandus: « Tractatus de quadraginta duabus Mansionibus filiorum Israel. »

*Nos autem verius*, etc. Consule supra Apologiam eruditionis Hieronymi in lingua Hebraica, cap. 2. Comment. in lib. Hebr. Nominum.

*Ex comedente*, etc. Male in antea editis legitimus, et *excedente*. Sed, nisi fallor, posuerunt Eras. et Mar. *ex edente*; typographi imperitii, *excedente* Plures. Mss. et *concedente*, etc.

*Tonitruum putaverant*. Non in baptismo Salvatoris; sed quando ipse rogabat Patrem, ut clarificaret nomen suum, Joan. 22, 59. « Turba quæ stabat et audierat, dicebat tonitruum esse factum, » etc. At forte meminit hoc loco Hieronymus alicujus Evangelii apocryphi in quo illud erat scriptum; sicut de lumine magno apparente in baptismo Salvatoris unum exemplar Italæ versionis conceptis verbis mentionem facit. Vide editionem meam Evangelii secundum Mattheum; et inter Opera Cypriani opusculum cujusdam Scriptoris anonymi, in Observationibus Rigaltii pag. 439.

*Tonitruo gaudii*, etc. Eodem sensu alia exemplaria legunt, *tonitruum gaudii*. *Habeat protegentem*. Addunt editi ante nos libri, et *nox ignem habeat*, etc.

*Pericula rursus occurrunt*. Eras. et Marian. hic quoque posuerunt, *Egyptiis et Pharaonis rursus occurrunt*.

*Disciplinam*, etc. Idem Eras. et Marian. legunt, *Evangelicam doctrinam*.

*Adhesionem*. Contra fidem omnium Mss. codicum et libri nominum. Hebraicorum mutat etiam hoc loco genuinam lectionem, et pro *remissionem*, substituit *retentionem*. Vide supra annotationem nostram col. 19.

*Aben Ezer*. Falso in antea editis libris positum est *haben haaser*, quasi cum *Sanech*, vel cum *Sin* scribitur in Hebraico contextu; nam si his litteris scriptum dicitur, *aben haaser*, minime significat *lapidem adjutori*.

*Castrametati sum*. In aliis Mss. ac in editis legitur, *castra posuerunt*.

*In centum viginti Mosaice*, etc. Exemplaria manuscriptorum constanter retinent hanc lectionem, quam editi mutarunt in hunc modum: « In Apostolos quoque et qui cum eis erant, in centesimo vicesimo Mosaice ætatis numero constitutus, » etc.

*Rubi*. Manuscriptus codex antiquissimus Corbeiensis, litteris uncialibus ante annos circiter mille in membranis exaratus, legit *purulentius Egyptiorum*; et deinde cum cæteris omnibus, qui sunt *magnarum carnum*. In margine quem recentiori manu inscriptum retinet *virulentius*. Meminit porro Hieronymus verborum Ezechielis cap. XVI. v. 26. « Et fornicata es cum filiis Egypti vicinis tuis magnarum carnum. » Idem lib. I. Comment. in Osee, cap. 1: « Amatores Chaldaos, et Assyrios, et Egyptios, qui sunt magnarum carnum, secuta est. » Hæc utique si commodus attendens veterum editionum Auctores, nunquam ridiculam rem posuissent in contextu Hieronymi; inepte enim legere voluerunt, *Nec hic virulentius Egyptiorum, quæ sunt Poetarum carmina*, etc.

*Apud apud Græcos*. Verum hoc Latine describitur in Mss. exemplaribus non paucis, *arceuthon*.

*Malachia lateres*, etc. Vel memoria lapsus est Hieronymus, aut diversis exemplaribus Malachie utebatur; vel forte imperiti exscriptores pro Isaia posuerunt Malachiam, ut alibi pro Zacharia Jeremiam. Itaque Isaia capite nono, versu decimo quod hic notat S. Doctor; sed Idumai non sunt hoc loco; qui pro lateribus destruitur, nituntur lapides politos reponere. Nam ita scriptum est versu citato: *Lateres ceciderunt, sed quadratis lapidibus edificabimus*. Id loquuntur populi Ephraim et habitatores Samarie non Idumæi.

## EPIST. LXXIX. AD SALVINAM.

In Mss. Codd. *Incipit ad Salvinam consolatoria de Nêbrido et viduitate servanda*. In quibusdam sic lego: *De morte Nêbridi et viduitate servanda*.

*Non hominum*, etc. Quatuor Exemplaria manuscriptorum hanc sequentem retinent lectionem: « Unumquodque enim non hominum, sed rerum pondere judicandum est. »

## EPIST. LXXXII. AD THEOPHILUM.

*Vetus dictum*. Erasmi Editio addit nomen proprium hujus veteris Monasterii, legitur: « Monasterium enim sancti Papæ Epiphani nomine vetus ad dictum. » Sed ultra vera sit lectio scire non possum, quia in hac Epistola Mss. Codicum auxilio destitutus sum.

## EP. LXXXIV. AD PAMMACH. ET OC.

*Dimisitatem Christi introduxit œconomiam*. Dimidiatam dixit œconomiam Christi, quia Apollinarius voluit Verbum carnem solummodo, non animam assumpsisse. Consequenter Arii apertissimus propugnator dicitur Eusebius Casariensis, quod aliquid negare videntur.

*Bar-anina nocturnum*, etc. *Bar-anina* vocabatur Hieronymi Præceptor Judeus, non *Barrabanus*, ut falso legitur in antiquis Editionibus. Hoc nomine inepte propter imperitiam abusus est Ruffinus in libris Invektivarum suarum.

*Mille et eo amplius tractatus*. Codex Sancyrganus sic legit: « Mille et eo amplius tractatus legi, quos in Ecclesia locutus est. Edidit innumerabiles præterea Commentarios, » etc. Marianus Victorius; « Mille et eo amplius tractatus in Ecclesia locutus est. Edidit, » etc.

*Ερασιλογουσαν*. Non leges cum Erasmo *ερασιλογουσαν*, id est *ausantur*; nec cum Mariano in Notis *ἀνταλογουσαν*. Miror vero Marianum respicientem verbum Græcum *ερασιλογουσαν*, quod dicit perperam scriptum in quibusdam Mss. codicibus; cum certum sit genuinum hanc esse lectionem sancti Hieronymi, tum ex sensu verborum, tum ex fide Exemplarum manuscriptorum, in quibus legitur vel *ερασιλογουσαν*, vel *ερασιλογουσαν*. Significat autem *ερασιλογουσαν* eloquentem et exquisitè loquentem, aut copiose loquentem, et facile. Itaque Ruffinus et alii Originis assertores exquisitis mendaciis et loquaciter defendebant aliena esse in Originis libris quæ Catholicis displicebant; unde Hieronymus ait: Cum ipse Origenes in Epistola ad Fabianum penitentiam agat, cur talia scripserit, et quid adhuc vos nugari verborum affluentia dicitis aliena esse quæ displicent?

## EPIST. LXXXV. AD PAULINUM.

*Criminantur ἀκαρισποδισταί*. Quanta temeritate mutatus atque depravatus sit locus iste apud Erasmus, Marianum et alios antiquos editores Hieronymi, vix credet Lector studiosus; nam pro Græca voce composita ex *ἀκαρισ* et *ποδισταί*, id est pro *ἀκαρισποδισταί*, illi omnes ante nos posuerunt hæc conficta verba, *quod in me criniantur*, CALPHURNIUS LANARIUS ET DISCIPULI ejus. Neque vero sufficiebat eis abtulistis *ακαρισποδισταί* Originis, id est *intemptabilis et immadicos studiosus* atque *factores* ejus, nisi pro Origene substituerent Ruffinum ac ejus discipulos. Relegat quisque tolum Hieronymi locum, ut illico grauletur sibi quod a nobis novam veramque tenet editionem Operum Sancti Doctoris. Erasmus ita cæcitatebat in lectione Codd. manuscriptorum, ut pro *ΑΚΑΡΙΣΠΟΔΙΣΤΑΙ*, in eis legerit, ΥΠΕΡΑΚΟΥΣΤΑΙ.

## EPIST. XXVII. AD PAMMACH. ET MARC.

*Morianitur*. In vetusto codice sancti Theodorici prope Rhemos, post Epistolam Hieronymi consequenter ponuntur libri tres Paschales Theophilii, quos Hieronymus misit Pammachio et Marcellæ. Hunc et nos ordinem secuti eisdem libris et Græco in Latium conversos ab Hieronymo hic edendos curavimus; ut rebus et temporibus suis ordo constaret in hac Editione nostra.

## EPIST. XXVIII.

In eodem codice manuscripto S. Theodorici, post Epistolam Hieronymi ad Pammachium et Marcellam, hæc attestata leguntur; « Explicit Præfatio. Incipit Epistola Paschalis Theophilii Alexandricæ urbis Episcopi prima ad totius Egypti Episcopos, de Græco in latinum a beato Hieronymo translata. »



## EPIST. CIV. AUGUSTINI.

*Inflammandibus calumniam*, etc. In cunctis Exemplaribus, quo curiosissime perlegi ad hujus loci intelligentiam, reperi scriptum non *inclamantibus*, sed *inflammandibus calumniam falsitatis*. Antiquam tamen lectionem mutare nolui, ne unus multis viris doctis viderer repugnare. Quod sequitur cum parentesi (*quod quippe civitas erat Judæorum*) ita legendum docet ipse sermo Augustini contextus; id quoque monet omnium codicum Mss. consensus: unde miror hominem falsarum antiquitatum parentem atque defensores voluisse authenticam hujusmodi sollicitare lectionem, absque Exemplarium fide; nobisque de suo hunc textum obtrudere; *Oea quippe erat civitas*. Certe *oppidulum* fuisse asserit Hieronymus infra Epistola 70, alias 99. *Oea* vero sive *Tripolis*, non fuit oppidulum Judæis et aliis Gentibus referunt; sed urbs Africæ ampla, una ex illis que, teste Solino, favabant Romanis. Nunc quoque Tripolis urbs est ampla ac munita, regni Tripolitani caput, cum portu in ora maris mediterraneæ. Denique doctissimus Augustini Interpres Gallus, lectionem et interpunctionem hujus presentis Editionis secutus, locum bis ita exposuit: *L'écrit fut contraint de consulter les Juifs, car c'est une ville où il y en a*, etc. Quare clamare compellor: Felices artes, si de illis soli artifices judicarent; nec sutores haberemus extra crepidas.

## EP. CVI. AD SUNNIAM ET FRET.

Κοινή. Corrupte plures Mss. retinent hic KOINA et Coine; et consequenter, Luciani et Lucianos.

*Jerusolymæ*, etc. Observandum contra opinionem scolorum hujus temporis, LXX Interpretum editionem ab Hebraico fonte non discrepantem delectatam fuisse Jerusolymæ et in Ecclesiis Orientis; aliam vero non conformem suo fonti abjectam ac repudiatam.

*Scrībens in omnino respondeo*. Codex Vaticanus 344; qui nihil *Epistolam vestram* *trahidit*, *duobus* *scrībens respondeo*; et paulo post, et est *inter exemplaria veritas requirenda, recurrimus*, etc.

*Protagora Platonis*. Sæpe in antiquioribus Mss. Operibus S. Hieronymi invenio *Phythagoram* pro *Protagora* positum; facili certe veterum exerciplorum lapsu, qui nomen usitatum et notius retinebant, ignotum abiciebant. Consule Prefationem in Genesim Tomo 1. Editionis nostræ, ubi citatur *Æconomicus Xenophontis*.

*Non quo nobis orantibus*, etc. Minoris momenti aliquot lectiones variantes seposuimus, ut spatia vacua occuparent in columna veteris editionis, non ut aliquid eximium nos docerent.

*Habet MOD.* De hac ac consequenti falsa lectione Hebraica in Erasmo et Mariano. vide annotationes nostras post Epistolæ contextum.

*Id est stellam*. Discant studiosi usum asteriscorum et obelorum ab Hieronymo, qui quotidie in manibus habuit Originis Hexapla; non a quibusdam nostris ætatis imperitis Scriptoribus, quos non docuit

rerum experientia quotidiana, sed contentiosis ulte præsumptio. Cæterum quicquid monet Hieronymus de signis obeli et asteriscis in libro Psalmodiarum, totum invenit Lector in secunda parte divinæ Bibliothecæ ejusdem Hieronymi a nobis nuper editæ.

*Pœnabitibus invenitur*. Aristarchus Grammaticus qui Homeri carmina in corpus redelegit, etque in libros digessit, versus notos sive adulterinos et suppositios *σέλιστος*, id est minutis veribus præpositis damnavit: contra, genuinos et insignes Hæroicam venam sapientes *ἀρτεπρεπτος*, hoc est, stellis prænotavit et illustravit. Signa igitur illa transtulit Origenes in Libros sacros, ut testis est Epiphanius libro de Ponderibus et Mensuris, et Hieronymus in hac Epistola ad Sun. et Fretel. ac in omnibus ferme Prefationibus divinarum Bibliorum. Ex hujusmodi recepta consuetudine appellatur Aristarchi, qui de libris judicant; unde Horatius ad Pisones de Arte Poetica:

Vir loquax et prolixus versus reprehendit iuvenes,  
Calpurni duros; inconspicis allinet atrum  
Transverso calamo signum; ambidosa rœdicit  
Ornamenta; parum claræ locum dare cogit;  
Arguit ambigua dædum; notanda notabit:  
Fiat Aristarchus, etc.

Quod Horatius *atrum transverso calamo signum* vocat, id Hieronymus *transversam virgam*, vel *lineam jacentem* dicit in Prefatione in Paralipomenon juxta LXX et in libros Salomonis, quos ipse asteriscis et obelis distincterat.

*Interpositis duobus versibus*. Consule infra annotationes nostras in hunc locum.

ὄρει Ἐλαφου. Manuscriptus Cluniacensis ὄρει Ἐλαφου, id est, etc.

Ἀπὸ κεινῶν. Quamplures Mss. omittunt hæc verba Græca, sed non omisit Cluniacensis perantiquus, e quo illa restitimus in presenti Editione.

*Brevi enim*. Ita legunt omnes Mss. codices antiquiores ac meliores note. Regius usus recentior Florentini scriptus retinet lectionem Erasmi et Mariani, qua manifestissime comprobatur ipsos corruptis solummodo ac recentioribus Exemplaribus manu exaratis usos fuisse ad Editionem Epistolarum sancti Hieronymi. Nam præter alias corruptelas idem Ms. Regius num. 3699 omnes versiculos Græcos additos e LXX Interpretibus constanter retinet ut illi leguntur apud Eras. et Marian.

*De hebraico*, etc. Exstant illæ emendationes Hieronymi in duplici Psalterio, Romano et Gallicano, edito secunda parte Divinæ Bibliothecæ, id est Tomo primo Editionis nostræ nove Operum S. Hieronymi.

*Et Sexta editio*. Omittitur vox *Editio* in Omnibus fere Ms. exemplaribus.

Πρόσχη. In Ms. codice Regio Florentino, cujus supra memini, pro *πρόσχη* legitur *ἐπιθέλις* cum duobus accentibus.

*Scriptum reperi*. Lectionis Hebraicæ nullum exstat vestigium in Mss. antiquioribus; sed tantum in Regio Florentino, in quo spatium vacuum visitur

et sufficiens ad scribendam Hebraica verba. Ne igitur mireris si apud Erasmus et Marianum tot occurrant sententiæ adulterinæ; cum erroris causam ipsi præbuerint codices recentiores ab imperitis interpolati ac depravati.

*Et de superiori tertio versiculo*. Consule infra Observationes nostras in hanc falsissimam lectionem.

*Quod nos tulimus*. Tulit verbum *terræ* in Psalterio Gallicano quod majori diligentia perfectum est quam Psalterium Romanum cursim emendatum. Videsis ista in secunda parte 1. tomii Editionis nostræ nove.

Ἐβραϊκ. Sic legunt omnes Mss. antiquissimi et optima nota. Regius Florentinus ab imperitissimo ac temerario homine descriptus retinet *εβραϊκ*; quia in Vulgata plurali numero legitur *justorum*, cum tamen genuina lectio sit *εβραϊκ*, id est *justi sive recti*, ut ex Theodoro et quædam ex aliis Scriptoribus Græcis scire nobis licet, legunt enim illi Hebræo conformiter: *ὄρει ἀπὸ γερραται* vel *τοῦτο γερραμένον ἐπὶ βιβλίῳ τοῦ εβραϊκ*, id est, *Novæ hoc scriptum est in libro recti*. Emendandi ergo omnes Mss. codices Latini ex Theodoro Quest. 13 in hunc Josue locum, et ex aliis exemplaribus LXX Translatorum, qui retinent clausulam istam.

## FIN DU TOME PREMIER.